



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

SS. Philippus Et Jacobus Apost. 1. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

M A I V S.

SS. PHILIPPUS ET JACOBUS
APOST. 1. Maii.

Geminus dies hic sole niter. PHILIPPVS alter, Galter JACOBVS est. Ille vix inter hominum pescatores adlectus, captum illico ad CHRISTVM Nathanaelem adduxit, laudatam ab ipso Servatore prædam. Sed & ii, qui à veri Numinis cultu alieni erant, ad JESVM aditum sibi per PHILIPPVM quærebant. Illum in consilio Magister habuit, cum ingenti multitudini commeatum pararet: illo rogante discipulis in filio patrem ostendit. Hinc cum in sortem paucorum totus orbis veniret, provinciam ipse hactenus Scythiam, eam facile CHRISTO subegit, victorque sub annum IV. & L. Hierapoli urbe Phrygiæ in cruce triumphavit; cum lapides viles jactantibus, sed pretiosi PHILIPPO triumphalem coronam multò pulcherrimè exornarent. Et hujus quidem triumphus de Barbaris; de Judæis JACOBI fuit. Hic carne & vino à teneris sibi interdixit: longâ precandi consuetudine genibus callum obduxit, qui vel Camelo certaret; eâ famâ sanctitatis fuit, ut ingredi in sanctiora templi adyta uni illi liceret; & vel oram vestis ejus prehendere, partem felicitatis ducerent. Itare rem Hierosolymæ Christianam cùm XXX. annos administrasset, anno partæ salutis LXIII. vitæ XCVI. è templi fastigio dejectus, & inter preces, quas pro hostibus suis faciebat, fuste fullonis cæsus est: ut jam me dubium uterque hic Sol faciat, orbine lu-

K 3

xerit,

MA.

xerit, an Calo occiderit pulchrior. Ex Brev. Rom.

Nos quoque timore Domini Crucifixos oportet hic omnibus non solum carnalibus vitiis, verum etiam ipsius elementis mortuos esse; illuc habentes oculos animi nostra defixos, quod nos speramus momentis singulis mi- graturos. Cassian. l. 4. de Inst. Renunc. c. 35.

S. SIGISMUNDUS REX. 1. Maii.

Q Voties noverca ex patre vitricum fecit! S. nè SIGISMUNDVM Burgundionum Regem eò artibus suis impulit, ut filium Sigericum, quasi patrem regno exuere cogitasset, vitâ ipse exueret. Verum aspersas filii crux manus tam multilavit lacrimis, ut quem sic pœniteret, pœnè innocens dici posset. Monitus tamen ab ignoto nescio quo sene, & suam potius vitam, quam filii (qui calo frueretur) mortem deflere justus, ad D. Maunium tumulum abiit, causamque illi commendavit; ageret hanc, ut suam olim apud Deum: adesse fatedem reum: supplicia precari, non deprecari: faveret nunc etiam pater Deus; modò olim judex parceret: quam pœnam tam nocens filius meruisse tum se monstrasse, cum innocentem occidere. Lacrimis non posse satis elui manus; sanguine posse, sed suo; huic fundendo jam se initium dedisse cum filii funderet: quem malè libasset, rectius litteraturum fese. Et verò damnatus voti est: bellum enim in annum D. XXVI. à Clodomiro Galorum Rege petitus, captusque, & capite plexus in puteum est abjectus. Sed tam ignobile sepulchrum pœnitentis illustrius cantu suo luminibusque cælum fecit; quin ægri magno numero morti jam proximi sanitatem inde suam haue- runt, itaque quam uni eripuit vitam, longè pluri-

2. Maii.
mis S.
As-
consti-
stis co-
tentis
N
lescer
deine
Diffi-
Aria
muli
ab A
alius
ideo
quit
ipissi
risui
ATH
gè il
inca
pore
itaq
lent
mar
ped
siv
ster
pios
stis
rent
long